



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXI. Commendatia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

meum discessum, vna cum re immeliorata vel superposita quicquid ibidem inuentum fuerit, absque vilius iudicis contradictione pars monasterij vestri ad vestrum faciat reuocare dominium. Si quis vero.

XXI. COMMENDATA.

IN Christo filio Ecclesiae illi, in Dei nomine ille Abas, de monasterio illo sancti illius, quod est in pago illo, vna cum consensu fratrum nostrorum. Dum & tua fuit petitio, & nostra decreuit voluntas, vt duas partes darem pro portione nostra in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, quem tu ipse ante hos dies per venditionis titulum dato pretio de thesauro sancti illius nobis vendidisti, sed postea taliter nobis supplicasti, vt ipsius portionis duas partes, in praedicto loco illo, ad usum beneficij ad excolendum,

Cc iij

quamdiu adiuuis, tibi præstare deberemus: quod ita & fecimus. Propterea hanc commendatiam manu nostra firmatam tibi pro hoc dedimus, vt annis singulis, censum tantum, & illam decimã de omni fructu, quicquid supra ipsam terram conlaborare potueris, quod eueniet festo sancti illius, pro hoc dare debeas. Et si negligens aut tardus ad id placitum de ipso censu fueris, fidem exinde pro hoc nobis facias, & ipsam rem ad viuentum tuum per nostrum beneficium teneas, in ea tamen ratione vt ipsam rem alibi, nec vendere, nec donare, nec alienare, nec ad alias casas Dei delegare, nec ad proprium facere, nec heredibus tuis in alode derelinquere, nec in naufragium ponere, potestatem non habeas ad faciendum, nisi post tuum discessum, vna cum ipsa re immeliorata, vel superposita,

quicquid ibidem inuentum fuerit,
 sine vllius iudicis cōsignatione pars
 monasterij nostri elitigato ordine
 præsentialiter ipsam rem immelio-
 ratam in nostrum faciat reuocare
 dominium, & hæc commendatia
 firma sit. Facta commendatia in ip-
 so monasterio sancti illius, publici-
 ter in anno XII. regni.

XXII. INDICVLVS QVEM
præpositus transmittit ad
Abatem.

Domino sancto & Apostolica
 sede colendo, in Christo ve-
 nerabili domno & patri illi pontifi-
 ci, vrbis illius, ciuitatis illius, Ego in
 Dei nomine ille, bene cupiens ve-
 ster, in Domino vobis dirigimus
 salutem, & precamur sanctitatem
 vestram vt pro nobis orare digne-
 mini. Denique cognoscatis quod
 iste homo vester, nomine illo, ad